

dñe voces deprecationis mee. Dñe dñe
 virtus salutis mee: obumbrasti super ca-
 put meū in die belli. Non tradas me do-
 mine a desiderio meo peccatori: cogitane-
 runt contra me: ne derelinquas me ne for-
 te exaltentur. Caput circuitus eorū: labor
 labiorum ipsorū operiet eos. Cadent su-
 per eos carbonēs: in ignem deiciēs eos in
 miseris nō subsistet. Vir linguosus nō
 dirigitur in terra: virum iniustum mala
 capient in interitu. Cognoui quia faciet
 dominus iudicium inopis et vindictam
 pauperū. Veruntamen iusti confitebū-
 tur nomini tuo: et habitabunt recti cum
 vultu tuo. **Psalmus dauid.**

Domine clamavi **CXL**
 ad te exaudi me: intende voci
 mee cum clamauero ad te. **Di-**
 rigat oratio mea sicut incensum in cōspe-
 ctu tuo: eleuatio manū mearū sacrificiū
 vespertinum. Pone dñe custodiam ori-
 meo. et ostium circumstantis labijs meis.
 Non declines cor meū in verba malicie
 ad excusandas excusationes in peccatis.
 Cū hominibz operantibz iniquitatem: et
 non cōmunicabo cum electis eorū. Cor-
 ripiet me iustus in mīa et increpabit me:
 oleum autem peccatoris non impinguet
 caput meū. **Qm̄** adhuc et oīo mea in be-
 neplacitū eorū: aborti sunt iuncti petre in-
 dices eorū. Audient verba mea qm̄ po-
 tuerunt: sicut crassitudo terre: erupta ē su-
 per terram. Dissipata sunt ossa nostra se-
 cus infernū: quia ad te domine domine
 oculi mei: in te speraui non auferas aīam
 meam. Custodi me a laqueo quez statue-
 runt mihi: et a scandalis operantiū iniq-
 tatem. Cadent in reticulo eius peccato-
 res: singulariter sum ego donec transeaz
**Intellectus dauid cum esset in spelū-
 ca. Oratio.**

CXLI
Voce mea ad dñm clamauī: vo-
 ce mea ad dñm deprecat⁹ suz.
 Effundo in conspectu eius oīo-
 nem meam: et tribulationez meam añ ip-
 sum pñancio. In deficiendo ex me spiri-
 tum meū: et tu cognouisti semitas meas

In via hac qua ambulabam: absconde-
 rit supbi laqueū mī. Considerabā ad de-
 xteram et videbam: et non erat qui cogno-
 sceret me. Perijt fuga a me: et non est q̄
 requirat aīam meaz. Clamaui ad te dñe
 dixi tu es spes mea: portio mea in terra vi-
 uentium. Intende ad deprecationez meā
 quia humiliatus sum nimis. Libera me
 a persequentibus mei: quia confortati sūt
 super me. Educ de custodia animā meaz
 ad confitendū nomini tuo: me expectant
 iusti donec retribuas mihi. **Psalmus
 dauid qm̄ persequēbat eum filius su⁹ ab-
 salon.**

CXLII
Domine exaudi orationez meaz
 auribz percipe obsecrationē me-
 am: in veritate tua exaudi me in
 tua iusticia. Et non intres in iudiciū cū
 seruo tuo: qz non iustificabit in cōspectu
 tuo omnis viuens. Quia persecutus est
 inimicus animam meaz: humiliavit i ter-
 ra vitam meam. Collocauit me in obscu-
 ris sicut mortuos seculi: et anxiatus ē sup-
 me spūs me⁹: in me turbatū est cor meū.
 Demor fui dierum antiquorū: medi-
 tatus sum in omnibus operibus tuis: in
 factis manuum tuarum ineditabar. Ex-
 pandi man⁹ meas ad te: anima mea si-
 cut terra sine aqua tibi. Velociter exau-
 di me domine: defecit spiritus meus. Nō
 auertas faciem tuam a me: et similis ero
 descendētibz in lacum. Audiam fac-
 mihi mane misericordiam tuam: quia in
 te speraui. Notam fac mihi viam in qua
 ambulem: quia ad te leuaui animā meā
 Eripe me de inimicis meis domine ad te
 confugi: doce me facere voluntatem tuā
 quia deus meus es tu. Spiritus tuus bo-
 nus deducet me in terram rectam: prop-
 t nomen tuum domine vivificab me in eq̄-
 tate tua. Educes de tribulatione animā
 meā: et in misericordia tua disperdes ini-
 micos meos. Et perdes omnes qui tribu-
 lant animam meam: quoniam ego seru⁹
 tuus sum. **Psalmus dauid aduersus
 goliath.**

CXLIII